

lineæ, ligni aloes, fantali citrini, & iros florentiæ ana ʒb. styracis calamitæ, assæ dulcis, caryophyllor. galangæ, nucis moschatæ, cubebæ. & macis ana ʒj. Pulverentur, & cum confectione Alchermes in aqua maioranæ dissoluta fiat massa pilularis, ex qua cum oleo rosarum distillato, aut cinnamomi formentur pilulæ ad figuram, & magnitudinem cicurum.

V I R E S.

FActa purgatione, & præmissis universalibus, de his pilulis, 2. vel 3. assumptæ mirabiliter fatorem oris, & nasi, sive per consensum à cerebro, sive à stomacho ortum, emendant, corrigunt, & anhelitum gratiorem, & incundiorrem reddunt. Insuper ventriculum confortant, & concoctionem iuvant.

PILVLÆ SECRETÆ AD MEMORIAM
Danielis Hortij.

ʒ. Cubebærum, calaminthæ, & nucistæ ana ʒi. Ambriæ ʒb. Moschi gr. jv. cum succo maioranæ formetur massa. Dosis ʒj.

CAPVT VI.
De Trochiscis, & scf.

TROCHISCI GALLIÆ MOSCHATÆ MESVES.

ʒ. Xylo aloes crudi, & electi ʒv. Ambriæ griseæ ʒij. Moschi boni ʒj. glutinis tragacanthi cum aqua rosar. parati q. s. ad ea comprehendenda, fiant trochisci figura solij myrthi, sigillentur, & in vase vitreo seruentur.

V I R E S.

Cerebrum, & cor roborant, oris atque aded corporis tantius odorem comandant; Compositionibus alijs miscentur. Dosis ad ʒj.

TROCHISCI GALLIÆ MOSCHATÆ NICOLAI.

ʒ. Mastiches ʒij. gummi arabici ʒj. camphoræ ʒj. terantur omnia subtilissime, & cum aqua rosarum fiant trochisci, & siccantur in loco umbrato; dein pistentur subtilissime, & misceantur cum ʒij. olei de iasmino: dein misce pulv. cinnamomi, caryophyllor. & nucis moschatæ ana ʒb. fiant trochisci in medio concavi ponderis ʒib. qui vngantur cum aqua rosarum, in qua Moschi ʒb. dissolutus sit. Ingrediuntur in præciosissimis medicinis, ac electuarijs.

TROCHISCI GALLIÆ ALEPHANGINÆ
ex Mesue.

ʒ. Myrobalanorum emblicor. abiectis osibus ʒiv. conterantur contritione grossa, & ponantur in vase vitreo; & fundatur supra eos aquæ rosatæ (in qua infusæ fuerint rosarum siccatum ʒij. corticum citri siccat. ʒij.) lb. & obturetur os vasis, & dimittatur per dies tres, mox coletur: hinc accipe ligni aloes ʒj. Ramich ʒib. rosarum, caryophyllor. ana ʒx. spicæ ʒij. fantali citrini ʒb. gummi arabici ʒvj. tere minutissime, & cum prædicta infusione emblicorum paulatim adiecta misce; & para trochiscos, sigilla, & aromatiza cum camphoræ, & moschi ana ʒj. Ambriæ ʒij. fiant S. A.

V I R E S.

Cerebrum, cor, hepar, omnia que membra nutritionis confortant. Dosis ad ʒj.

TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATÆ
ex Nicolao.

ʒ. Ladani purissimi ʒij. styracis calamitæ ʒib. styracis rubræ ʒj. ligni aloes ʒij. Ambriæ ʒj. camphoræ ʒb. mof

moschi ℥ss. aquæ rosar. q. s. ladanum, & vtramque styrax in patina vitreata, tenue linteolo tecta, diebus canicularibus tandiu soli exponantur dum omnia simul mollescant; tum verò in calido mortario, pistillo calido validè contusa commisceantur donec tota hæc massa nigrescat, deinde lignum aloes in tenuem pollinem attritum inspergatur, ac prædictæ massæ admisceatur, cui quoque camphora, & ambra simul trita iungantur, & cum moscho in aqua rosata fragrantissima dissoluto, in pastam cogantur, quæ in pastillos formentur, a. Idendo si necesse sit de aqua rosata, vsui que siccati reponantur.

V I R E S

Conferunt infantibus, ac puerulis asthmaticis, & pectoris angustia, vel anhelitus difficultate pressis; ventriculorum eorum laxum, ac imbecillum roborant, inde laetis à nutrice præbiti eomissiones compefcunt; nec non ad preciosos suscitatus expetuntur. Dosis ad ℥j.

TROCHISCI GALLIÆ SEBELLINÆ MESVES.

℞. Rosarum recentium ℥ss. pistentur in mortario marmoreo, & adde aloes electæ, caryophyllorum, gummi arabici & spicæ anæ ℥ss. fantali citrini ℥ij. Ramichi ℥ij. Pulverentur minutissimè, & cum rosis contendantur diem integrum, affundendo aliquoties aquam rosatam infusionis gummi arabici: hinc aromatizentur cum moschi ℥v. Ambra, & camphoræ anæ ℥ij. vsuique reponantur.

V I R E S.

Ventriculum, cor, & hepar imbecilla roborant. Dosis ad ℥j.

TRI:

TROCHISCI RAMICH EIVSDEM.

℞. Succî acetosæ ℥xvi. folior. rosarum ℥j. Baccarum Myrthi contularum ℥ij. coquantur per quadrantem horæ lento igne, colentur: supra liquorem colatum, infuse Gallarum recentium acurate tritarum ℥ij. coquantur iterum aliquantulum, deinde insperge sequentia minutissimè trita: Rosarum ℥j. fantali citrini ℥x. ligni aloes, caryophyllorum, macis, & nucis moschatæ anæ ℥ss. gummi arabici ℥ij. sumach, & spodij anæ ℥j. granor. myrthi ℥iv. succi agrestis ℥vij. misce omnia simul, & extende in vase vitreato, dum siccentur: & tunc rursus pulverentur subtilissimè, & formentur trochisci cum Div. camphoræ in sufficiens aqua rosar. solutæ: siccantur in umbra libera, ac siccati reponantur.

V I R E S.

Ventriculum, cor, hepar, &c. imbecilla firmant: lubrica viscera, ac intestina reddunt, choleram morbum sistunt, acrimoniam obtundunt, animum tranquillum reddunt, hominem hæmorrhagiam cohibent, ob quam naribus sanguine fluente stando impellitur. Alijs medicamentis compositis præterdictum miscetur. Dosis ad ℥ij.

TROCHISCI TERRÆ SIGILLATÆ EIVSDEM.

℞. Sanguinis Draconis, gummi arabici assati, trochiscorum Ramich, rosarum rub. amyli tostî, acatiæ, hypocistidis, lapidis hæmatitis, pp. terræ sigillatæ pp. corallij rub. pp. boli armencæ pp. charabe pp. balaustriar. & seminis rosar. anæ ℥j. spodij, Margaritar. pp. traacanthi, & seminis papaveris nigri anæ ℥ss. seminis perulacæ, cornu. cervi vli. & pp. theris malculi, gallarum, & croci anæ ℥ij. pulverentur subtili-

ter,

ter; & cum aqua plantaginis formentur trochisci
S. A.

V I R E S.

Sanguinem undecumque manantem, & sputa cruenta cohibent, ac varij generis hæmorrhagias sistunt; scænarum menstruam purgationem immoderatus fluentem, morantur; intus sumpti, vel cum succo Polygoni, aut plantaginis, ac ovi albumine coxis, & pobi illiti, aut conveniente liquore otero immisiti, erunt item lotio medentur, ac dysenterias, diarrhæas, & alci pro sua via compescunt. Potentius id præstant, si eis addatur opium, quod aliqui compositioni huic drachmarum duarum pondere in unioersum adijciunt. Dosis ad ʒiʒ.

TROCHISCI DE CHARABE EIVSDEM.

ꝛ. Charabæ pp. ʒvi. cornu cervi vlti, & pp. gummi arabici affati, corallij rub. vlti, tragacanthi, succi acatiæ, & hypocistidis, balaustriarum, masticæ, laccæ, & sem. papaveris nigri affati ana ʒij, thuris, croci, & opij ana ʒi. & gr. xv. cum mucilagine Pſyllij formentur trochisci S. A.

V I R E S.

Sanguinem excreantibus, tabidis, purulenta exsulentibus, cæliacis, & dysentericis auxiliatur, sanguinem undecumque emanantem sistunt, ac suprimunt. Dosis ad ʒiʒ.

TROCHISCI DIARRHODONIS EIVSDEM.

ꝛ. Rosarum rub. ʒix. spicæ, & ligni aloes ana ʒij, glycyrrhizæ ræssæ ʒʒ. & ʒʒ. spodij ʒiʒ. Masticæ ʒiʒ. croci ʒij, & gr. v. subtiliter pulverentur, & cum vino albo formentur trochisci S. A.

V I 3

V I R E S.

Efficacissimi sunt ad febres pituitosas antiquatas, alijs implexas, formam corrumpentes; ventriculi dolentem leniendum, & humores ipsi ad hærentes detergendos. Dosis ad ʒiʒ.

TROCHISCI DIARRHODONIS NICOLAI.

ꝛ. Rosarum viridum ʒiij. spodij ʒij. santali rubri ʒiʒ. caphora gr. x. rosas recentes contunde in mortario sine intermissione, eisque venè certulis adde reliqua in pulverem redacta, & cum aqua rosarum rub. sub finem caphoram addendo trochiscos forma S. A.

V I R E S.

Dysentericis, cæliacis, teinerosis, & stomachicis confesrunt. Dosis ad ʒj.

TROCHISCI DE SPODIO MESVES.

ꝛ. Spodij ʒiʒ. rosar. rub. ʒvij. seminis portulacæ, & succi liquoritiæ ana ʒiʒ. subtiliter pulverentur, & cum mulagine sem. psyllij formentur trochisci S. A.

V I R E S.

Efficacissimi sunt ad febres acutas, ventriculi, & icteris phlegmonem stimule & ebremcentem. Dosis ad ʒiʒ. Appellatur Trochisci de Spodio sine semine.

TROCHISCI DE SPODIO CVM SEMINE
acetosæ ex Mclur.

ꝛ. Rosarum rvb. ʒiʒ. spodij ʒx. sem. acetosæ ʒvi. seminis portulacæ, coriandri pp. & sumach ana ʒiʒ. amygd.

Omphs. 2
cium quid.
amylī colti, balauſtriat. & berber ana ℥ij. gummi arabici aſſati ℥iſ. O nphaciſ, idelt ſucci agreſt æ q. ſi ad trochiſcos formandos, S. A.

V I R E S.

In febribus bilioſis, cum aloi ſuore preſtantes ſunt; inflammationem ventericuli, & hepatis, ac ſitim continuam ſedant. Doſis ad ℥iſ.

TROCHISCI DE BERBERIS MESVES:

℞. Berberis ℥ij. ſpodij, ligni aloes, ſeminis ac etola; maſtiche, Gallie moſchate, & ſpicæ nardi ana ℥i. gummi arabici ℥iſ. roſarum rub. ꝑv. Pulverentur: & cum aqua roſar. formentur trochiſci S. A.

V I R E S.

Valent ad intemperiem calidam, februm ardores, ſingula ariditatem, & ſitim ſedant. Doſis ad ℥ij.

TROCHISCI DE ALKERENGI EIVSDEM.

℞. Fructuum Halicacabi ℥ij. ſem. citruli, melonis, & cucurbitæ ana ℥iſſ. boli armene, gummi Arabici, thuris miſculli, ſanguinis draconis, amygdalar. amarar. ſucci liquiritiæ, tragacanthi, amylī, pincor. mundar. & ſeminis papaveris albi ana ℥vi. ſem. apij hyoſcyami, charabe, terræ ſigillatæ, & opij ana ℥ij. Amygdala, pinci, & ſemina frigida mundata piſtentur, & per ſeraceum equinum extrahantur; mox in mortario marmoreo piſtentur addendo de ſucco, vel decoctione Alkerengi, uſquequo diſſoluantur, & parentur inſar lactis, hinc colentur per linteum, idque repetatur ad totalem ſubſtantie extractionem: ceteraque in ſubtiliſſimum pulverem redacta, cum prædicta emulſione formentur trochiſci S. A.

V I.

V I R E S.

Ad urina ardorem, proſtula vrinaria, veſica, renibus, & venteribus exulceratis feliciter exhibentur, elcera detergent, glutinant, & cicatrice tegunt, lotij acrimoniam mitigant, cuiusque ſtrigmenta mucoſa, eſpera, & dolorifica complanant, & lenium, inæque urina tarditatem, & dyſuriam natam tollunt. Doſis ad ℥iſ. Appellantur etiam Trochiſci de Halicacabo, de Veſicaria, & Diaphylidon.

TROCHISCI GORDONII.

℞. Quatuor ſeminum frigidor. maior. mundator. ſeminis papaveris albi, malux, bambacis, gummi arabici, ſem. portulacæ, cydonior. baccarum myrtiller. tragacanthæ, pincorum mundator. piſtacioc. ſacchari candi, penidij, liquiritia munda, hordei mundi, mucilaginis pſyllij, & amygdalar. dulcium ana ℥i. boli armene, ſanguinis draconis, ſpedij, roſarum, & myrrhæ ana ℥iſ. Quæ nob poſſunt pulverari per ſeraceum equinum extrahantur, ceteraque in ſubtiliſſimum pulverem reducantur, & cum hydromellite fiant trochiſci S. A.

V I R E S.

Renum exulcerationis ſanant, ſanguinis miſtum inhibent, diabetti, ac gonorrhæe conferunt, & ſtranguriam levant. Propinantur ſi abſterſio expetit ex hydromellite, aut decoctione liquiritiæ, vel hordei: ſim vero conſolidandi intentio prævaleat ex lacte, aut aqua chalybeata cum ſyrupo, vel ſucco plantaginis, ac ſi exulceratio in veſica exciſerit, lacte diſſemperati per ſyringam inieciantur Doſis ad

℥ij.

TRO:

TROCHISCI AD GONORRHÆAM RENODEI:

℞. Seminis viticis, idest agnicasti, sem. lactuce, ba-
lauriar. & rosarum ana ℥i. rasuræ eboris, & succini
ana ℥i℥. boli armenæ in aq. centinodie lotæ ℥ij. semina
plantaginis ℥jv. Sassafras ℥ij. Pulverentur, & cum
mucilage seminis cydoniorum in aqua Nenupharis
facta formentur trochisci S. A.

V I R E S.

AD gonorrhæam, siue ea simplex sit, siue virulenta, hæc
pastilli præmissis universalibus utiliter usurpantur.
Dantur cum decoctione sem. papaveris, & melonum, vel
cum aq. rosar. à ℥i. ad ℥ij.

TROCHISCI DE AGNO CASTO RHASIS.

℞. Sem. Agnicasti ℥v. sem. endiviæ, & portulacæ ana
℥i℥. corticum tamaricis ℥v. cum aqua decoctionis
scolopendrij fiant trochisci S. A.

V I R E S.

Profluvio seminis medentur. & gonorrhæam supprimunt,
morbis item splentis auxiliantur.

TROCHISCI CAMPHORÆ EX MESVE.

℞. Rosarum rub. ℥℥. sacchari albi, & manne ana ℥ij.
santali citrini ℥i℥. glycyrrhizæ, & spodij ana ℥ij.
gummi arabici, tragacanthi, spicæ, croci, & qua-
tuor sem. frigidor., maior. ana ℥i. ligni aloes, car-
damomi maioris, amyli, & camphoræ ana ℥ij. cum
mucilage seminis psyllij, extracta cum aqua rosa-
cæ formentur trochisci
S. A.

V I R E S.

*A*dsibres ardentes, hepatis intemperiem calidam, &c. Dosis
ad ℥ij.

TROCHISCI CYPHEOS DAMOCRATIS EX
Galeno.

℞. Vuarum passarum pinguisimarum exacinararum, &
persecacum equinum traiectarum, & cerebiathinæ
in aqua ad duriciæ n. coctæ ana ℥ij. Myrrhæ, & schœ-
nanti ana ℥i℥. calami aromatici ℥ix. cinnamomi
℥℥. vnguis odorati, seu bdelli vnguinosi spicæ, cas-
siæ lignæ, cyperi, baccarum Juniperi ana ℥ij. Al-
palachi, pro eo ligni aloes, vel cum Augustanus sancta-
li citrini ℥i℥. croci ℥i. Mellis q. s. vini optimi modi-
cum: Bdellium, Myrrha, & Terebinthina cocta in
vino dissolvantur, & redigantur ad mellis crassitiem, &
carne passularum ex melle diu trita miscantur, deinde
reliqua in tenuissimâ pulverem redacta adijciantur, ac
si n. ul. agitando commisceantur formenturque trochis-
ci, qui in umbra siccentur.

V I R E S.

Valent ad pulmonum, securis, renum, aliorumque inter-
narum partium exalcerationes. Dosis ad ℥j.
Ingrediuntur in Antidotis.

TROCHISCI HEDYCHROI ANDROMACHI
ex Galeno.

℞. Mari, pro eo Majoranæ Sylvestris, Afari, Amara-
ci, pro eo Majoranæ Domestica, (vulgo *Axodes*) Al-
palachi ana ℥ij. schœnanti, calami aromatici, Phu,
xylobalsami, opobalsami, cinnamomi, & costi ana ℥ij.
Myrrhæ, ℥ij. nardi Indici, Croci, & cassiæ lignæ ana
℥v. cinnamomi ℥i℥. mastiches ℥i. vini optimi q. s. ad tro-
chiscos S. A. formandos, qui in umbra siccentur, & oleo
caryophyllorum inungantur, pro Theriacaque parati
da ferventur.

*Aspalathi
vice quid.*

*Mari vice
quid.*

*Amaraci
vice quid.*

VIRE S.

Habent proprietatem laxipharmacam, & magnopere profunt ad venena assumpta. Dosis ad ℥iſſ.

TROCHISCI VIPERARVM GALENI.

℞. Viperarum fecundarum (quales sunt habentes quatuor caninos dentes) non prægnatarum, super capitarum N. xx. abscinde eis capita, & caudas, exepisque internas partes, separa pellem, aquaque sic paratas ablue, easque in matrace vitreo impone, ei que adde Anethi viridis ℥j. Salis Gemmæ ℥ij. & superafunde aquæ q. s. vt cooperiantur res, & lento igne cinerum coquantur vsque quo spinæ à carne separentur; tunc omnes spinas separa, & carnem pista in mortario marmoreo, addendo pro vnaquaque vncia carnis viperarum, panis albisimi pulverati vnciam semisem, & inter pistandum addatur liquor remansus percolatus, fermenturque trochisci tenues, & inungantur cum opobalsamo, hecenturque in loco umbrato, ventroaque, quotidie sæpe eos converterendo, donec probe exiccati fuerint. vsuique reponantur.

Vires. Vide Vipera Lib. I. Cap. III.

TROCHISCI SCYLLÆ EX GALENO.

℞. Scyllam inatio Iulij collectam, mediæ magnitudinis, plenam, candidam, corticem detrahe, partemque duriorẽ radicis adhaerentem, massa involue, & coque in furno, donec massa probe siccata sit, & ea perforata, stylo ligneo tentabis num scylla vnoique tencra sit. Ea exempta, partem interiorem diligenter tere, cui admixte sine erui tenuissime cribata vncias octo, ad singulas libras ipsius pulpæ per setaceum equinum extractæ: forma trochiscos ponderis ℥ij. & sicca, sæpius obvertendo eos donec probe exiccati sint, vsuique repona. *Valent ad humores tartareos, & viscidos incutendos.* Dosis ad ℥iſſ.

TRO.

TROCHISCI RHABARBARI MESVES.

℞. Rhabarbari optimi ℥x. succi eupatorij, & amygdalarum amararum ana ℥ß. Rosarum ℥ij. spicæ, anisi, rubicæ, absynthij, asari, & seminis apij ana ℥j. Amygdalæ pistentur, & extrahantur per setaceum equinum, quibus in mortario lapideo positis adde succum eupatorij, cum succo feniculi solutam, & opimè pistis insperge cætera, in subtilissimum pulverem redacta, Trochiscosque S. A. forma.

VIRE S.

Valent ad hepatis obstructionem, dolorem, tumorem præter naturam, affectus inveteratos, elusum hydropem, icterum, formæ corruptionem, ac fœditatem emendanti; necnon affectus icteris inveteratos, aquei, acris, ac serosi humoris deiectione tollunt. Dosis ad ℥iſſ.

TROCHISCI ABSYNTHII MESVES.

℞. Absynthij, rosarum, & anisi ana ℥j. Rhabarbari, succi eupatorij, asari, sem. apij, amygdalarum amarar. spicæ, mastiches, & folij ana ℥j. succi enativæ quod sufficiat, fiant trochisci S. A.

VIRE S.

Longis, & diuturnis febribus sunt saluberrimi, obstructiones ventriculi, hepatis, & dolores eorundem levant, partes naturales omnes roborant, delectamque appetentiam suscitant. Dosis ad ℥j.

TROCHISCI EVPATORII MESVES.

℞. Spodij ℥iſſ. spicæ ℥ij. Rhabarbari, Asari, & Anisi ana ℥iſſ. Mannæ, & succi Eupatorij ana ℥j. Rosarum ℥ß. Manna, & succus Eupatorij dissolvantur cum aqua cuscute, cæteraque in subtilissimum pulverem reducantur, & fermentur trochisci S. A.

T 2

VI 3

V I R E S.

Efficaces sunt ad omnem lenis, & hepatis obstructionem, tumoremque praternaturam, febres antiquas, earumque rigorem sanant; morbo regio, & hydropi incipienti succurrunt; stomachicos iuvant, & corporis status discutunt. Dosis ad ℥iſſ.

TROCHISCI MYRRHÆ RHASIS.

℞. Myrrhæ ℥iſſ. Lupinorum ℥v. sol. rutæ, menthastri, Pulegij cervini, pro eo dictamni cretici, cymini, rubiæ tinctorum, affæ foetidæ, sagapeni, & opopanax ana ℥iſſ. Dissolvantur gummata in aceto fehyllitico; & cum lacteo artemisiæ formentur trochisci S. A.

*Pulegium
Cervinum
pro eo quod*

V I R E S.

AD retardatam menstruorum purgationem sollicitant, dam, quæ ex crassorum, & frigidorum copia, aut sanguine concreto ortum duxit otantur: attenuant, incidunt, & infusus meatus aperiant, fistulam mortuam, sed præcipue secundam tardantem præsentî remedio expellant. Dosis ad ℥iſſ.

TROCHISCI CROCI EX NICOLAO.

℞. Croci ℥iſſ. rosarum rubrar. anacros, & myrrhæ ana ℥iſſ. ligati aloes ℥iſſ. subtiliter pulverentur, & cum aqua rosarum, in qua parum gummi tragacanthi solutam facit, formentur trochisci S. A.

V I R E S.

Lenis, & hepatis obstructiones aperit, status discutit, humorum putredinem ardet, ac cordi vires addunt. Dosis ad ℥iſſ.

TROCHISCI CORTICVM CAPPARVM
Mesues.

℞. Corticum radicem capparum, & seminis agnicastri ana ℥iſſ.

℥vi. Nigellæ, nasturtij, calaminthæ, succi eupotarij, acoti, amygdalar. amar. sol. rutæ rad. aritholochiæ rotundæ, & gummi ammoniaci ana ℥iſſ. cyperi rotundi, & scolopendriæ ana ℥iſſ. Trita omnia cum ammoniaco in aceto dissoluto formentur trochisci S. A.

V I R E S.

Valeat ad lenis, & hepatis obstructiones, à crassa, & melancholica materia profectas, potenter enim humores discutit, & attenuant, namque inæ viscerum duritiem emolliunt, ac status hypochondriacos, ceterarumque partium solvunt. Dosis ad ℥iſſ.

TROCHISCI ALHANDAL MESVES.

℞. Pulpæ albæ, & levis colocynthidis, à seminibus purgatæ, & minutissimè incisæ ℥x. siccatum cum ℥j. olei rosati, deinde ℞. Tragacanthi albi, gummi arabici, & bdellij ana ℥vi. maccerentur in aqua rosar. donec liquecant, & dissolvantur, & cum parte istius mucilaginis formentur trochisci. qui in umbra siccentur, siccati que iterum minutissimè terantur, cribentur, & cum reliqua mucilage iterum trochisci, formentur, vliuque siccati reponantur,

V I R E S.

Pituitam, & humores alios crassos, glutinosos à profundis, longèque distantibus partibus, et potè cerebro, nervis, musculis, iuncturis, pulmombus, ac thorace extrahunt, quo nomine in cephalalgia, hemieria, apoplexia, inveterato capitis dolore, epilepsia, vertigine, asthma, diuturna tussi, dispnea, thoracis angustia, ischiade, morbisque articularibus frigidis usurpantur; exhibentur in dolore colico, flatulento, ac vitream, & viscidam pituitam ex intestigis deturbandam. Dosis ad ℥iſſ.

TROCHISCI AGARICI MESVES.

℞. Agarici electi ℥ij, salis gemmæ ℥β. zingiberis ℥ijj.
oxy mellis simplicis q. s. formentur Trochisci S. A.

ALIO MODO.

℞. Agarici albi, & levis ℥ij, salis gemmæ ℥i. syrupi
Acetosi simp. q. s. formentur trochisci S. A.

VIRE S.

Conferunt antiquis capitis doloribus, viscerum obstru-
ctionibus, ex crassa, tenaci, ac pituitosa materia
obortis, stomachum, renes, lienem, ac hepar mundificant,
praesertim verò mulierum matricem repurgant, epilepsiam,
ac vertiginem abolent, vermes eiecant, & expellant,
profuntque ut plurimum morbis partium naturali facul-
tati dicatarum, unde forsam eum Democritus, familia
medicinam, dixit. Venenis quoque resistant, asthmate
conducunt, & spiritum facilitant. Dosis ad ℥ij.

AGARICVM TROCHISCATVM MESVES.

℞. Agarici electi per fetaceum equinum traecti ℥iv.
formentur trochisci cum vino electo in quo ℥ij. zingibe-
beris fuerint infusæ, viuique reponantur.

VIRE S.

Pisitem crassam, bilem permixtam, & crassos viscidof-
que humores expurgat, ac viscerum obstructions tollit.
Dosis ad ℥β.

TROCHISCI MOSCHARDINI, ALIAS
Confectio Moschardina, Corpus sine anima
ex Schrodero.

℞. Moschi in aqua rosarum dissoluti ℥j. sacchari albis-
simi ℥vi. amyli ℥v. atterantur pisillo, & cum mucu-
lagine ex ℥j. traccanthi in aqua rosarum facta fiant
grana inftar hordeaceorum, quæ exiccantur in umbra
pro vsu. Sunt qui sanguinis draconis ℥ij. addunt.

VIRE S.

Graecolentiam oris emendant, si pastillus vnus, ac ali-
ser in ore detineantur.

TROCHISCI, SEV PASTILLI ANDRONII
Andromachi ex Galeno.

℞. Florum granarorum, seu ceruicum eiusdem ℥v. gal-
læ ℥β. myrtillæ, & aristolochiæ ana ℥ij. chalcanti,
aluminis, myscos cipri ana ℥i. subli ter pulverentur,
& cum s. q. fae vini formentur trochisci.

VIRE S.

Ad recentia vulnera, & vetera, curant fistulas sordidas,
ossa corrupta, reprimunt omnem carnis excrescentiam,
& valent ad phagadenas, & similia.

TROCHISCI MINII VIGONIS.

℞. Fermenti farinæ triticæ acerrimi (vulgo leuadura)
℥iv. subli nati corrosivi ℥i. minii ℥β. Contundan-
tur omnia & incorporentur cum aqua rosata,
& formentur trochisci figura
pinarum.



V I R E S.

Carnem corruptam mundificant, & callosam auferunt, elecebis in quibus caro nimium supercreuit, & fistulis mirificè proficiunt.

TROCHISCI ALVMINIS MYSICHT.

℞. Aluminis crudi, & radicis pyrethri ana ℥℥. piperis longi, & seminis hyoscyami ana ℥ij. faring filiginis, cretæ albæ, & nitri pp. ana ℥℥. Zingiberis albi, Caryophyllon m, & opij pp. ana ℥j. Pulverentur, & cum succo viticæ fiant trochisci.

V I R E S.

Se per dentes, & gingivas positi dolorem sedant.

TROCHISCI, SEV SIEF ALBI RHASIS
Cum opio.

℞. Cerasa licta, & pp. ℥x. sarcocolæ nutrita ℥℥. tragacanthi ℥ij. opij ℥℥. fiant ex eis trochisci formæ lentis similes.

V I R E S.

*Trochisci
albi Rhasis,
ne opio.*

Conferant ophthalmicæ, dolorem oculorum sedant.
Parantur etiam hi trochisci sine opio, & appellantur trochisci albi Rhasis sine opio.

*Sarcocola
nutrita.*

Sarcocola nutritur imbibendo eam in lacte asinæ, seu capræ, per quinque dies imbibitionem continuando, cavendo, ne lac supernatet.

SIEF VIRIDE ANTHÆ.

℞. Cadmicæ, & croci ana ℥ij. gummi arabici, myrrhæ, & opij ana ℥℥. plumbi viti, & loti ℥j. & gr. xv. aqua.

Iquamæ Aeris, nardi Indicæ, & acatix ana ℥j. & gr. x. cum aqua pluviali fiat collyrium.

V I R E S.

Celebratur ad doloris molestias, pustulas, Inflammationes, prolapsus, & contusiones oculorum.

CAPVT VII.

De extractis, & Essentijs.

Extractum Opij Quercetani.

℞. Opij Thebaici q. v. seindè in bracteolas tenues, ac exiguas, exicca in patina vitreata moderato calore arenæ, semper spatula agitando, vt sulphurea pars exhalet, (cavendo fumum) & donec facile inter digitos, (cum frigidum sit) in pulverem reducatur : tunc extrahè tur Auram cum aceto distillato fortissimò, (seu succo montum, & hoc securius) reasfundendo novum succum, usque quo tinctum non amplius appareat : liquores omnes misce, ac per chartam filtra, & calore vaporis, seu B. M. humiditatem evaporata ad mellis consistentiam ; extractum, quod etiam *essentia* appellatur, serva.

EXTRACTVM, SEV ESSENTIA CROCI
Quercetani.

℞. Croci electi q. v. exicca inter chartas, & abstrahè tincturas cum spiritu vini, filtra, ac exhala ad mellis consistentiam, vt de opio dictum est.

ESSENTIA CASTORII QUERCETANI.

Paratur cum aceto Alkalisato, vt ex croco.

ESSENTIA SUCCINI QUERCETANI.

32. Succini flavi subtiliter pulverati q. v. pone in argentea patina, & adde spiritum vini, itave supereminet succinum, accende spiritum semper agitando, usque quo flamma cesset, idque reperte ad quartam vicein, exicca, & præpara supra per phytium, & extrahere tincturam, cum spiritu vini, vt de croco.

LAVDANVM OPIATVM QUERCETANI.

33. Extracti, seu essentia opij Quercetani ℥ij. extracti croci Eiusdem ℥j Hyacinthorum pp. & Corallij rub. pp. ana ℥b. terræ sigillatæ ꝑ. ℥j. Lapidis Bezoaris Orientalis, vnicornu, & Ambra gr. ss. ana ℥ij. fiat perlecta millio, igne lento, ac extracti ipsius tuidinem.

V I R E S.

A Nodymum est insigne: aduersus omnis generis dolores ex quacunque causa natos conseri; contra asthmatone, & fluores ventris, asthmaticos, hepaticos, & sterofos; gratam tranquillitatem alouit, & somnum conuulsiat in febribus ardentibus, in quibus ipse ratioms sensus leditur, & pbrenitiam ager plerumque delabitur. Dosis a gr. ss. ad gr. jv.

LAVDANVM OPIATVM MAIVSQUERCETANI

34. Extracti opij Quercetani ℥ij. extracti, seu essentia croci Eiusdem ℥j. essentia succini Eiusdem. essentia castorij Eiusdem, salis perlary, salis coralliorum tubror. & floris sulphuris ana ℥ij. Lapidis Bezoaris Orientalis, osis de corde cervi, & vnicornu pp. ana ℥j. essentiarum extractarum ex speciebus Diambræ, & Dioscori dolci ana ℥ij. Moschi, & ambra griffæ ana ℥j. Miscantur optimè addendo in fine oleorum anisi, carui, Arantiorum, nucula, caryophyllo.

lorum, cinnamomi, & succini ana gr. xij. fiat extractum sollicitudine magna. Conuenit cum priori. Dosis à gr. j. ad gr. v.

Appellatur etiam *Nepenthes*.

Nepenthes

EXTRACTVM CASTORII.

35. Castorij ab omnibus membranis, pinguedinique seiparati, non vetusti ℥iv. cui subtilissime inciso, & cucurbita vitrea immisso, superaffunde spiritus cerasorum ardentis ℥ij. facta maceratione vnius diei, abstrahere, fortiter distillando per balneum Mariæ, totum spiritum affusum, ad siccitatem castorij: spiritum abstrahit stodiosè asserua in vase venè clauso: è residuo in alembico castorij, affusa quantitate sufficienti spiritus vini, repetitis vicibus, extrahere essentiam, quovisque spiritus affusus colore non inficiatur: tandem spiritus omnes tinctos filtra, & in alembico vitreo, leni calore balnei inspissa ad consistentiam serè syrupi, residuum ex cucurbita extrahere, & in patinam vitream impone aquæ diplomaris debitè immeriam, & evaporare ulterius, ad facis densam consistentiam extracti, cui demum iunge, & restitue distillatum ab eo spiritu supra asseruatum, additæ ℥b. essentia arantiorum saccharinæ, ex recentibus corticibus paratæ: fiat extractum iustæ consistentia.

V I R E S.

V Alet in affectibus cerebri, apoplexia, epilepsia, letargo, variolis expellendis, &c. Dosis à gr. ij. ad ℥b. ultra.

EXTRACTVM LIGNI ALOES HARTMANNI.

36. Ligni aloes optimi minutim incisi ℥ij. infunde in spiritu vini rectificatissimo, ad eminentiam duorum digitorum, & adde flor. rosarum ℥ij. iuncta in vase

fiunt

stant in infusione per aliquos dies, hinc distilla, foratier exprime, & in vase vitreo conserva: deinde iterum &c. Ligni aloes ℥ij. fac vt supra dictum, & ita fiet tertia vice: in vase vitreo super arenam excocta, & fiat extractum S. A. ex quo si sint rotulae cum sacchari albi in aqua dissoluti q. s.

V I R E S.

In capitis, ac vteri affeccionibus, & in lipothymia datur; cor enim, ac spiritus vitales, cum animales roborat, ac bonum corpori nutrimentum suppeditat. Dosis à ℥ij ad ℥ij.

EXTRACTVM ALOES QVERCETANI.

℞. Aloes succotrinae pulveratae q. v. extrahe tincturam in B. M. cum aqua chidrij, seu acetosae, v. que quo liquor non amplius tingatur, & infuso vase remaneat pars terrea; riaturas omnes filtra, & lento igne cinerum in vase vitreo coque ad mellis spissitudinem, vsuque repone.

V I R E S.

In vias putredines ardet, ventriculum mundat, ac roborat; cruditates abolet, & ventrem lubricum reddit. Dosis ad ℥ij.

EXTRACTVM CATHOLICVM.

℞. Extracti Aloes aqua pirati, resina scammonij, & resina Jalappae ana ℥ij. Extracti colocynthidis cum vino optimo parati, extractorum n. agarici, asari, & mechoacanæ cum spiritu vini paratorum, extractorum ellebori nigri, baccarum ebulorum, & folior. senne cum aqua, sale tartari acuta, extractorum ana ℥j. fiat ex omnibus massa, seu extractum S. A.

V I R E S.

Omnes humores securius purgat. Dosis à ℥ss. ad ℥ssj.

De extractis simplicibus aquosis, & refectis vide lib. I; cap. V. semper attendendæ ex quibus substantijs simplicia componuntur, quia sunt, qua liquorem equosum amant, vt alce, senne, & similia: alia verò sulphureum, qualis est spiritus vini, vt scammonium, jalappa, & similia: alia verò aquosum, sulphureum, & tartareum quale est vinum, vt colocynthidis, &c.

Nota: Aloe habet etiam resinofam substantiam, sed inutilem.

EXTRACTVM GYMMI GAMANDRÆ
sivè Gummi de Perù Rosatum Mysicht.

℞. Gummi gamandræ optimè pulverati ℥j. aquæ cichorii ℥ss. spiritus vitrioli rectificati ℥j. hæc benè commixta tabula vitrea, vel vase, loco calido temperato evapore desine, donec materia terreum colorem induat: postea pulverisa, & adde pulv. rosatum rubrarum ℥j. fantali rubr. ℥ij. spiritus vini q. s. circula per horas 24. tunc quando refluxerit, per chartam filtra, & paulatim vsque dum siccetur, evaporare sine, & sic habebis extractum rubicundum.

V I R E S.

Aserosis humiditatibus totum corpus humanum sine omni periculo, & difficultate purgat. Unde ingentibus cum fructu, & commode in cachexia, hydropi, artbritide, podagra. humilibusque affeccionibus, et etiam in scorbutico, & morbo virgineo, instar singularis experimenti usurpatur. Dosis à gr. vj. ad ℥j.

Duo sunt generalia catharticonum corrigentia, nempe acida, & alkalica; illa sunt spiritus vitrioli, vel sumus.

mis sulphuris incesis: quæ ipsa mitigant qui lem purgantia, dum ea casta ut interim eorum lem vim laxativam, sicut lo sal volatile acce, plus minus demant. Longe autem melior est correctio purgantium per alkalisata, inter quæ præfertur tartari, vel eius loco niterum cum cibus fixatum: sal enim tartari texturam illorum pinguem resolvendo, eandem generantiorum, viciditatemque attenuando, minus torminosam reddit, & hoc modo correctum præfertur gummi de Perù rosato. Vide Zuvelsi, in animady. & Bemulerum in comm. Ludovici de purgantibus vegetab. p. m. 727.

ELATERIUM DIOSCORIDIS.

38. Cicutæ in sylvestrium mteutor. (qui tacti protinus exiliat) q. v. fervatur nocte vna: postridie imposito supra craterem sariore cribro, versisque manibus prehenso, sigillatim supino cultro, sursum versus aciem habente, sun luntar, atque per cribrum humor in subiectum vas exprimitur: simulque carnosum, quod hæc cribro, quò facilius exciliet, eliditur: quod ita pressum est, residere sinitur, atque in vicinam pelvium de nititur. Conservata autem in cribro segmina dulci aqua perfunduntur, & denud pressa abijciuntur: Humor in pelvi agitatur, & linteis operis soli exponitur, dumque steterit, tota supernatans aqua cum humore coactro effunditur. Hoc verò idem fieri solet, donec excilens aqua liquecat: qua stillatim exhausta, sedimentum in martario suscipitur, & concentrando cogitur in pastillos. Sunt qui ad hauriendam protinus succi abundantiam, cribratos cineres humi inspargunt, & medium cavantes, triplicatum linteum obtendunt, per quod elaterium cum sua humiditate diffundunt, siccatumque in pila, ut dictum est, conterunt. Aliqui pro dulci aqua, marinam perfundentes ita eluunt. Alij in novissima lotionem musam aquam respergunt.

V I R E S.

Bilem, ac pituitam extrahit. Optima suspiriosis est purgatio. Menfes ciet, & partus faciliat, in pefso subatum. Morbo Regio medetur, cum lacte naribus in fusum, & a alaturis capitis doloribus liberat: efficacissime anginis illinitur cum vetero oleo, melle, aut felle taurino. Dosis à gr. j. ad gr. ij.

EXTRACTVM MARTIS APERITIVVM.

39. Eruginis ferri lbj. tartari albi lbij. coquantur dia in lbxij. aque, semper novam aquam ferventem reasfudento, quoties necesse sit, ad liquorem exactè tingendam: mox filtra, & evapota ad extracti spissitudinem.

V I R E S.

Aperit, acopilat, in obstruccionibus, & chlorosis prodest. Dosis à ʒss. ad ʒij. Erugo ferri: vide crocum martis cum rore paratum.

EXTRACTVM SEV MAGISTERIUM Martis Aperitivum Myrsichæ.

40. Succo oxalidis depurati lbij. affunde Tamarindorum optimorum ʒviii. confricentur manibus, vel pistillo ligneo in patina terrea, ut fiat in medum pulmenti, postea exemptis nucleis, & stipitibus coquantur parum, & clarificentur cum albuminibus ovorum duorum: deinde colentur per lincum pannum, & liquor colatus ponatur in cucurbita vitrea, cui adde linaturæ chalybis, à scordibus benè purgatæ ʒv. digerantur in arena loco calido tribus diebus, & noctibus, ve semper agitari possit cum spatula lignea; post digestionem coletur per chartam in patinam vitream, vel ter-

ream, inspissetur lento igne ad consistentiam extracti
liquidi, & habes Magisterium Martis aperitivum.

V I R E S.

Prodest in omnibus opilationibus, & inflammationibus be-
patis, lenis, & schirris: aperit, resolvit, attenuat,
menfes cit, &c. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

EXTRACTUM ALKEKENGII DONCELLII.

℞. Baccarum siccarum Alicacabi q. v. tere, & extrahe
tincturas cum aqua Alicacabi acuata cum spiritu sul-
phuris, filtra, & inspissa. *Nephriticum est.* Dosis ad
℥j. in sua aqua distillata.

ESSENTIA OPII LIQVIDA ANODYNA

Zuelleri, feu Laudanum liquidum
Mortoni.

℞. Opii Thebaici optimi ℥j. quod tessellatim incisum
solvatur in calore leni, aque cinnamomi cum vino
distillate ℥ss. solvatur in ea opium, solutioque filtre-
tur per chartam, & precipita cum salis tartari albis-
simi ℥j. paulatim iniecta, post digestionem vnius diei,
ac alterius, filtratur, & adde essentia filtratae salis
ammoniaci cum chalybe sublimati ℥iiss. extracti cro-
ci ℥ss. essentia liquida corticum arantiorum, & citri-
ana ℥ss. Digerantur in vitro vase venè clauso lentis-
simo calore, per triduum, filtratur denuo essentia,
& servetur.

V I R E S.

Prodest in febris tertianis, & quartanis hora una
ac altera ante paroxysmum propinanda: item in epi-
lepsia, tam infantum, quam adultorum, doloribus colicis,
dysenteria, & fluxionibus alci immoderatis cum vebi-
culo

tulo appropriato exhibitum. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

ESSENTIA AMBRÆ:

℞. Ambrae griffæ optimæ, & sacchari candi ana ℥ij.
Moschi ℥ss. zibethi ℥ss. optimè miscantur, & po-
nantur in matracè superaffundendo ℥iv. spiritus vini
alkalificati, digerendoque in ventre equino matracè
optimè clauso per dies quatuor, mox adhuc calens es-
sentia separetur, & vsui reponatur.

V I R E S.

Roborat omnia viscera, auget semen, & venerem exci-
tat. Dosis à gr. vj. ad ℥ss.

ESSENTIA CAMPHORÆ.

℞. Camphoræ q. v. dissolve in spiritu vini, digereque
ad olei spissitudinem, filtra, ac serva.

V I R E S:

Ontalgica est insignis, prodest etiam in gonorrhœa
virulenta. Dosis ad ℥ss.

ESSENTIA CAMPHORÆ ALEXITERIA:

℞. Camphoræ ℥ij. dissolve in oleo amygdalarum dul-
cium q. s. percola, & adde spiritus vini ℥ij. digere
simul in matracè per sex dies, mox abstrahè spiritum
per exhalationem: residuo adde tincturæ liquidæ
croci q. s. ad aureum colo-
rem.



VIRE S.

P Rodest in suffocatione matricis, & febribus, à peste præservat. Dosis gr. ij. vel gr. iij.

ESSENTIA CARYOPHYLLORVM

℞. Caryophyllorum aromaticorum in pulverem crâsum redactorum ℞b. coloca in lagenâ, & adde Alkæst Glauberi q. s. vt benè madescant; reponc per noctem in digestionc, & reperies sequenti die caryophylos redactos in mucilage, affunde tunc alcohol vini optimè dephlegnati ℞iv. digere per noctem, mox decanta liquorem nigricantem; qui est ipsa essentia, seu tinctura caryophyllorum.

VIRE S.

C Ardica, stomachica, & cephalica est insignis, potenter attenuat, ac incidit. Dosis à gr. ij. ad gr. viij. in vehiculis appropriatis.

ESSENTIA CITRI SACCHARINA
Zuvellet.

℞. Succum prælo expressum ex corticibus citriorum, seu Limonum extimis radícula comminuris; cum hoc succo solvatur super ignem lenem sacchari albisimi lib. j. ac si tabulæ sine ebullitione (cum succo aliàs acido solitæ) fieri deberent, & rotaliter iterum exiccetur charta inclusum hoc exiccatum saccharum cum illo priori succo expresso denovo humectetur, aut saltem irroretur, atque iterum charta inclitium exiccetur. Tandem eidem saccharo citrato ex decem, vel duodecim partibus cum limonum corticibus recentibus imprimatur succus eorum oleaginosus digitis saltem, & efficietur fragrantissimum odore, & virtute efficacissimum.

VIRE S.

C Ordiale, & alexipharmacum est nobile, plurimis alijs medicamentis pro odore, & sapore grato conciliando, admiscendum.
Appellatur etiam Saccharum Citratum.
Essentia arantiorum saccharina paratur eodem modo.

ESSENTIA CITRI.

℞. Eleo sacchari citri ℞iij. succi oleosi ex recentibus corticibus exterioribus citri expressi q. s. vt fiat essentia liquida.

VIRE S.

P Restans est ad cordis, & ventriculi imbecillitatem invandam, venenis etiam adversatur, oris halitum commendat, vino permixta, illud suavissimo suo odore, & sapore magnificè commendat. Dosis ad ℞b.

ESSENTIA SACCHARINA, SEV. OLEV M
sacchari simplex Beguini.

℞. Sacchari canti pulverati ℞iv. aquæ vice ℞vii. imponantur in scutella vitreata, & accende aquam vice, continud spatula agitando, donec flamma cesser, tunc adde aquæ rosarum ℞ij. vsuique reponc.

VIRE S.

C Orroborat, & tussis à materia lenta, & crassa laborantibus, certo experimento opitalatur; asthmatis, raucedini, & pectoris affectibus medetur. Incidit enim istam materiam, absument eam, lenit pectus, catarrhos nonnihil, & ventriculi concoctionem promovet. Dosis ad ℞iij.

ESSENTIA ABSYNTHII;

℞. Extracti Absynthij ℥j. cui adde salis Absynthij ℥ss. olei distillati Absynthij ℥j. prius cum ℥j. sacchari candi pulverati in oleo saccharo redacti. Ponantur in phiola, & eis superaffunde spiritus Absynthij ℔ij. digerantur phiola probe clausa septimana vna: hinc filtra essentiam, vsuque reponc.

V I R E S.

S Tomachica est insignis, hepatica, splenetica, aperit, attenuat, vermes necat, bilem educit, crapulam discutit, sudorem cit. Febribus concenit, appetitum mirifice promouet, &c. Dosis à ℥j. ad ℥j.

Eodem modo parati possunt essentia Pulegij, Chamæmelij, Menthae, & similia.

Nota: Olei distillati è vegetabilibus (præcipue ex aromaticis) veniunt etiam in officinis sub nomine essentiarum, vt essentia Majoranae, Lavendulae, Meathæ, Absynthij, &c. de quibus vide lib. I. Cap. V.

Essentia enim proprie significat vnionem principiorum chymicorum cum volatiliis, cum fixorum, vt inde tota rei essentia integras vires referens emerget, quamvis *Essentia* vocabulum tribui etiam soleat rincturis molliibus, in quibus scilicet facta est aliqua mensura evaporatio, interdum oleo saccharis. Alij Quin: tam essentiam dicunt, quasi quid præter quatuor elementa, quod nomen vulgò, vt dictum est, oleis stillatitijs tribuitur. Tandem adeò generica est hæc vox *Essentia*, vt nonnulli sales, & magisteria hoc nomine insignire non vereantur, inter hos est Quercetanus, qui sales coralliorum, & perlarum essentias vocare solet.

**

CAE

CAPVT VIII

De Tinctoriis, Ellyxijs, & Balsamis.

ELIXYR, SEV AQVA VITÆ MATHIOLI.

℞. Cinnamomi ℥j. zingiberis, & zedoariae ana ℥ss. santalorum omnium ana ℥vj. caryophyllorum galanga, & nucis myristicæ ana ℥ss. Macis, & cubebæ ana ℥j. cardamomi veriulque, feminis mellantiaj, corticum citri; pulveris Diambre, Diamofchi dulcis, Diamargaritonis, Diarrhodonis Abbatis, Aromatici rosati, & electuarij gemminis ana ℥ij. feminis anisi, feniculi, pastinacæ sylvestris, ocyni, radicis angelicæ, caryophyllacæ, liquiritiæ, calami odorati, Phu minoris, foliorum selaræ, idest hormini, thymi, calaminthæ, pulegij, menthae, scapylli, & amarici ana ℥j. rosarum rubrar. florum salviae, beronicæ, toris marini, storchadis, buglossi, & borraginis ana ℥ss. Terantur quæ terenda sunt, & macerentur omnia in vaso vitreo, cum ℔xij. aquæ vitæ ex selectissimo vino paratæ, per dies 15. vase optimè clauso; post distillentur per B. M. seu vaporis, cum niisuris, optimè clausis, deinde aquam distillatam reconde in aliud vas; & adde santali citrini odoratissimi ℥j. Moschi, & Ambre griseæ ana ℥ss. Julapij rosati clarissimi ℔ij. fortiter agita vas huc; & illuc, vt fiat exacta mixtio, & desine requiescere optimè clausum per quindecim dies, tunc decanta, cautèque serua.

V I R E S.

P Rodest in peste, epilepsia, apoplexia, & similibus. Sedores promouet, spiritus auget, concoctionem iuvat, cor, cæteraque membra confortat.

Dosis à ℥j. ad

℥ss.

V 3

ELL